Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



cui q; eterni quantum erigit culpa · tantum illic senti pena.
Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multa existunt · nec
tamen eusdem solis ardorem equaliter sentiunt · quia alii
plus estuat · alius minus · ita illic in uno igne non unus
modus incendii · Quia quod hic diuersitas corporum · hoc
illic agit diuersitas peccatorum · ut et igne non dissimiliter ba
beant · et tamen eosdem singulos dissimiliter exurat ·

PETRVS · Num quid nam queso te dicimus eos qui se
mel mersi illic fuerint semper arsuros · GREGOR · Con
stat nimis · et incunctanter uerum est · quia sicut finis non
est in gaudio bonorum · ita finis non erit in tormento malorum ·
Nam cum ueritas dicat · ibunt hi in supplicia eterna ·
iusti autem in uitam eternam · quia si uerum est quod pro
misit · falsum procul dubio non erit quod minatus est deus ·

PETRVS · Quid siquis dicat · idcirco peccantibus
eternam penam minatus est · ut eos a peccatis per penitentia
one compescere · GREGOR · Si falsum est quod mi
natus est ut a iniustitia corrigeret · ecce iam falsa promisit
ut ad iustitiam uocaret · Si quis hoc dicere uel insanus
presumat · Et si minatus est quod impleturus non erat · du
dum asserere cum misericordie uolumus · fallacem quod dici nefas
est predicare compellimur · PETRVS · Sed ueli quomodo
iustum sit · ut culpa que cum fine perpetrata est · sine fine puni
atur · GREGOR · Hoc recte dicere · si districtus iudex
non corda hominum · sed facta pensaret · Siquidem cum
fine deliquerunt · quia cum fine uixerunt · Dum uolu-